iuribusque eorundem semotis et in partem reiectis satisfacere
cum suis successoribus bonis quorum opus fuerit tenebitur Nulla
praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Fredrow advitalitas

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Ca-
strensibus Praemisliensibus Generosi Valentinus Fredro de Plissowice
pincerna terrae Praemisliensis et Agnes de Wlodawice olim Generosi
Simonis Skoruta filia coniuges mente et corpore sani exi-
stentes a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis
foroque competenti recedentes, huic vero praesenti Castrensi Prae-
misliensi iurisdictioni se suosque successores bonaque sua omnia quoad a-
ctum effectumque inscriptionis praesentis attinet inrevocabiliter sub-
mittentes subijciensque prout per expressum usi amicorum
suorum salubri consilio recognoverunt. Quia sibi mu-
tuo et invicem omnium et singulorum bonorum suorum haeredi-
tariorum et obligatorum mobilium et immobilium nunc habit-
et in post habendorum in quibuscunque terris et districtibus
regni Poloniae consistentium, cuicunque iuri et iurisditioni
subiectorum, generaliter universorum nullis penitus exce-
ptis et exclusis summarumque pecuniarum in quibuscunque
bonis actis quibusvis inscriptis et non inscriptis in depositoque
existentium inscribunt usumfructum advitalitatis talem advi-
talitatemque tali vero modo et ordine. Quod si ipsum Va-
lentinum prius quam praefatam Agnetem de hac luce
decedere contigerit extunc praefata Agnes bona ipsius
Valentini omnia supradicta haereditaria et obligatoria mobilia
et immobilia habita et habenda summasque pecuniarias cum
omni iure dominio proprietate tenebit habebit et possidebit
illisque utifruetur ad tempora duntaxat vitae suae extrema.
Post mortem vero ipsius Agnetis bona praedicta ipsius
Valentini omnia ad successores praefati Valentini sine
quavis contradictione successorum praefatae Agnetis pleno et in-
tegro iure devolventur devolvique debent. Similiter vero
si praedictam Agnetem prius quam ipsum Valentinum e
vita decedere contigerit, extunc praefatus Valentinus
bona ipsius Agnetis supradicta omnia haereditaria et ob-
ligatoria mobilia et immobilia habita et habenda summasque
pecuniarias cum omni iure dominio proprietate tenebit ha-
bebit et possidebit illisque utifruetur ad tempora dunta-
xat vitae suae extrema. Post mortem vero ipsius Valen-
tini bona praedicta ipsius Agnetis omnia per ipsum Valen-
tinum possessa, ad successores praefatae Agnetis sine quavis
contradictione successorum praefati Valentini pleno et integro
iure devolventur devolvique debent. Iamque sibi invicem
in bona praefata dederunt et admiserunt realem intromi-

---

et actualem pacificamque possessionem. Nihilominus praefati recog-
noscentes sibi invicem mutuoque cum successoribus super omnibus
bonis suis obligant inscriptionem praesentem ex his actis ad acta
terrestria praemisliensia ad proximum conventum anni transferre trans-
portare similemque vel si opus fuerit meliorem recognoscere fa-
cere sub damnis terrestribus ad simplicem verbi assertionem
sine corporali iuramento taxandis, ad solvendumque eorundem
pro quibus quidem damnis terrestribus si secundus alio cum suc-
cessoribus citare praemiserit. extunc a terris districtibus
iuribusque suis quibusvis propriis recedentes coram Castrensi
Capitaneali Praemisliensi iudicio seu officio eius se actus
praesentis respectu ambae partes cum successoribus bonisque
suis omnibus ad quod secunda pars partem evocaverit cum
successoribus subijciunt, in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare parere respondere. ac pro praefatis
damnis terrestribus Omnibus quaecunque industria humana pa-
rantur exceptionibus, controversiis, praescriptionibus, su-
spensionibus, motionibus, appellationibus earumque prosequu-
tionibus, ad quarta alias dilationibus sibi non petendis, vera vel si-
mulata infirmitatibus, actione pro maiori, minorennitate
successorum se non defendendo. Nec sibi dilationem ad annos discre-
tionis recipiendo. bello, colloquio, convocatione quali vel par-
ticulari, allegationibus. Quod non facere vadium vadium facia-
et facere non offerendo, Nec clausula Remota ad impossi-
bilia teneri et obligari se non defendendo, poena terrena Can-
cellariae et triplici, poena qua terrestria praefata non vadiis
legalibus quibusvis impedimentis, ac aliis omnibus pe-
nitus dilationibus iuribusque remotis quibus se praesentes et
successores suos abrenunciant semotis et in partem reiectis
satisfacere cum suis successoribus pars parti tenebitur
bonis quorum opus fuerit. Nulla praescriptione terrestri in prae-
missis obstante.

Boratinski inscribit advitalitatem Skopowskim

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Praemisliensibus Ge-
nerosus Ioannes Boratinski de Boratin et in Tlosczo-
wice haeres personaliter stans, a terris districtibus iuribusque
suis quibusvis propriis recedens, huic vero praesenti Castrensi
Praemisliensi iurisdictioni se successores bonaque sua omnia quoad
actum effectumque inscriptionis praesentis attinet inrevocabiliter et
subijciens mente et corpore sanus existens non coacta Stan-
barae de Strzeleczyska consortis suae carens pro illius ra-
tihabitione prout per expressum recognovit. Quia Nobili-
bus Stanislao et Christophoro filiis Skopowskim bona

praefata consortis suae haereditaria, aeque duos laneos agri in graniciebus ? Moszczisko ad Capitaneatum praemisliensem pertinen. excepta quarta agri nuncupata Ontlanska(?) nec non laboriosos Lorenz(?) et Jacub filium in laneo agri in Zaloszczicze(?) villae Strzelczisko residen. ac ...ctum nuncupatum Dusharski(?) una cum piscina ante domum plebanalem ibidem in Zaloszczicze villa Strzelczisko cum omni iure dominio proprietate, ac cum omnibus et singulis eorundem bonorum attinen. pertinen. fructibus censibus proventibus atque utilitatibus generaliter universis quibuscunque dicanti(?) nominibus et cognominibus, nil sibi successoribus in eisdem bonis reservan. et excipien. iam extunc ad tempora vitae utriusque extrema inscribit obligat et inuadiat. Can. et admittit eisdem Skopowskim in bona praefata realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerium terrestrem quemcunque per ipsos Stanislaum patrem et Christophorum filium Skopowskie bona praefata cum omni uti praemissum est iure dominio proprietate tenen. haben. possiden. pro usuque suo et successorum suorum beneplacito convertendo, usque ad tempora vitae ipsorum patris cum filio extrema. Post mortem vero ipsorum amborum bona praefata per ipsos possessa ad ipsam dominam Barbaram de Strzelczisko vel illius successores sine quavis contradictione successorum praefatorum Skopowskie devolventur et devolvi debent. Similiterque praefatus dominus Joannes Boratinski ac se et suos successores super omnibus bonis suis obligat eosdem Stanislaum patrem et Christophorum filium eius Skopowskie in bonis praefatis ab omni quavis impetitione iuridica quarumlibet personarum propinquarum et remotarum status sexus et conditionis cuiusvis existen. nec non ab omnibus et singulis iuribus oneribus inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis vadiis reformationibus advitalitatibusque quibuscunque personarum factis et fien. citationibus condemnationibus, iuris processibus de quibusvis processibus iuris in bona praefata importatis et exportatis, productis et producendis, tociens quociens opus fuerit tueri defendere eximere et liberare prefatique bona praedicta munda et libera facere sub damnis tenen. ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento taxan. Praeterea praefatus Joannes Boratinski se et successores suos super omnibus bonis suis inscribit et obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemislien. ad decursum unius anni in hac vel meliori forma verborum transferre transportare. Et ibidem pro eodem tempore etiam transportationem inscriptionis praefatam dominam Barbaram de Strzelczisko consortem suam cum duobus amicis ipsius de linea paterna proximioribus ad praefata

acta terrestria praemislien. adducere et statuere. Quae statuta tenebitur cum consensu eorundem amicorum inscriptionem praesentem in omnibus eius conditionibus punctis clausulis approbare ratificare et confirmare, similemque recognitionem facere sub similibus damnis tenendis ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento taxan. Pericipiumque(?) Joannem Boratinski et illius successores in effectum praemissorum tam in toto quam in parte contradictionis eisdem Skopowskim luen. et solvendum, tociens quociens opus fuerit succumben. Pro quibus quidem damnis tenendis praefatus recognoscens cum suis successoribus citatus extunc a iure foro suo proprio quibusvis recedens coram castren. Capitaneali praemislien. officio cui se actus praesentis respectu cum omnibus bonis et successoribus suis subiicit in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefatis damnis tenendis ab officio non recedere sub aliis similibus damnis omnibus quaecunque industria humana parantur, exceptionibus, contradictionibus praescriptionibus, suspensionibus, motionibus appellationibus corandisque(?) significationibus, ad quietationem illorum non petendo, vera vel simplici inficiatione. Actionis pro maiori bene quibusvis regalibus, statutis et constitutionibus quibusvis laudatis et laudandis, bello, colloquio, conventione generali vel particulari expeditione bellica, servitio militari et expensa sive sacrae Regiae Maiestatis absentia a regno ac aliis quibusvis legalibus impedimentis, poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus generaliter dilationibus iurisque remediis quibus se iuvare posset praefatus Joannes Boratinski cum successoribus suis uti abrenuntiat semotis et in partem exactis satisfacere cum suis successoribus tociens quociens opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione tamen in praemissis obstan.

Nowosieczczi divisionem facient.

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus castren. Capitanealibus praemislien. Nobiles Andreas olim Wasko et Mieszko(?) Nowosieczczi olim Nobilis Joan Nowosieczki filii et successores legittimi in Nowosieczczi haeredes a iure suo terrestri recedentes, seque cum bonis et successoribus suis omnibus iurisdictioni praesenti castren. praemislien. quo ad actum effectumque inscriptionis praesentis attinet incorporan. et subiicien. mente et corpore sani existentes, quae percepissimumque(?) recognoverunt et quilibet illorum pro suo interesse sorsum recognovit. Quia se et suos successores super omnibus bonis suis haereditariis et obligantes mobilibus et immobilibus sibi invicem annuatis(?) omnes uno et unus omnibus inscribunt obligant et onerant, bona sua haereditaria